



DE SS. FLORA ET MARIA VIRGINIBVS ET MARTYRIB. 517

HARVM igitur vocationem virginum, quæ dispari solo progenitæ, & pari mortis occâsu cælestibus adunatæ sunt, sigillatim exponi necesse est: & quibus modis vnaquæque earum prædestinatæ sanctificationis culmen attigerit, Deo fautore, saltim exili digeramus stylo.

II. PRIMVM igitur specie decoris, & venustate corporis nimium florens virgo sanctissima Flora, sed interiori habitu florentissima, matrem Christianam habens ex vico Ausinianus, qui ex parte Occidentali miliaribus octo à Corduba distat, purissimis & nobilibus (vt ita dixerim) perfunctam natalibus, patrem vero gentilem ex oppido habuit Hispalensi. Hi, nescio qua occasione proprijs locis exules. Cordubam degendi gratia acceperunt. Qui ex vltimo partu suo hanc infantulam procreauerunt, & sublato per mortem genitore, fidelissimæ genitricis tutela sponfa Christi nutritur. Quam pia mater sacræ religionis legibus imbuens, docuit fideli credulitate colere Christum Deum, qui per vterum Virginis Mariæ ad nos vltimo tempore veniens, & per assumptam humanitatem hominibus proximus factus, per ineffabilem quoque Deitatem suam inuisibilis, incomprehensibilis, & inæstimabilis semper extitit. Venerabilis namque puellam teneris annis fidei pietatem ebibens, cepit intra mentis recessum altare sanctum construere, quo placita operum bonorum holocausta Christo semper offerret. Quæ ab ipsis rudimentis infantia cunctis se vanitatibus sæculi priuans, totum quod illa ætas (vt pote plenitudine scientiæ experta) paculiter affectat, superno iam delibuta rore conculcat. Nam quodam tempore cum genitricem eius adirem causa dignoscendi principium huius puellæ conuersationis, ipsa genitrix inquit. In veritate vobis loquor, quod ab ineuntibus annis Christi amorem pectore suo recondens filia mea, secularium oblectationum cultum vsque quaque spreuerit, ac semper quæ Dei sunt, corde meditari studuit; semper opera sancta adimplere non distulit. Adeo vt in infantia sua, cum diebus quadragesimæ paruitati eius consules, siue vt illa ætas contigua robustius conualesceret esu quotidiano, competenti prandij hora cibum ei porrigerem: illa in virtute Domini positum habens cor, egentibus cum ministrans, furtim beatum exercebat ieiunium. Sicque diebus singulis ipsa agente, penè maximum abstinentiæ tempus elapsum erat, cum clandestina infantis deuotio vix quibusdam reuelatur indicis. Quam talibus inhibere votis ipsa obnitens, ne priusquam illud tenerimum corpus adolesceret, marcore, abstinentiæ quassaretur, conata sum iam ad epulum suadere diurnum. Eam tamen non potui prouocare ad vescendum, nisi sero, & comminatione continua: perfecit tamen votum suum electa Christi sponfa.

Floræ patria & parentes.

Eius Puertitia.

Quadragesimæ oblectatio.

III. Ex eo tempore mater solerti vigilantia sobolis mores procurans, ea mque in omnibus rebus Christo assignatam esse considerans, nullatenus deinceps contraire pijs puellæ, affectibus audet. Venerabilis vero puella Deo duntaxat placere studens, prouida obseruatix Euangelij attendebat Christo monenti, & dicenti: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ita purissimum cælestis executione præcepti introrsus præparans habitaculum, nihilominus sanctæ & indiuiduæ Trinitatis quotidiano frui meretur aduentu.

Ioan. 14.

IV. VERVM dum exercitio sanctitatis id, quod clam meditabatur, vberius in amorem Christi proficeret, lætareturque se Christo per eandem religionem perennius esse ascitam: nec tamen passim fidelium interesse conuentibus auderet, eo quod fratrem pessiferi dogmatis perfidum haberet cultorem, qui eius assidue conuersationem exploraret: vt ipsa erat natura prudens, & callens ingenio, didieit à sapientibus nihil proficere obscuratam credulitatem, & celatam confessionem Trinitatis, præsertim cum scriptum sit: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et iterum in Euangelio: Omnis qui confitetur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis: & qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Igitur instructa vt iliter quomodo se in confessione nominis Christi haberet, sciensque non leue esse discrimen latenter credere Christum, & publice existere vexillo Sathanæ denotatam, matre hinc inconspicua domum relinquens, clam cum sorore sua fugam inijt. Seseque tutioribus locis inter Christi colas collocantibus, seuissimam insectatione frater earum (quem supra meminimus) propter illas Dei lacerat Ecclesiam: adeo vt nonnullos clericorum carceri tradens, conuentum vbiq; religiosarum fœminarum persequeretur. Et cum agnoscerent insectationem, quæ erga sortem Domini grassabatur, indignum diuidicantes se esse tutas, & Ecclesiam Dei vapulare: illico sancta Flora, quæ se nouerat ad tale prælium diuinitus fuisse electam, publico regressu in domum reuertens, ait: En ego, quam quæritis, adsum in medio vestri, pro qua Dei sorte insectamini: ad isto intrepida, Christo credula, religioni fauens Catholica, stigmata crucis gerens, & omnium, quæ cultum pietatis insinuant, affectatrix. Vos modo (si potestis) hanc eneruare confessionem: satagite crudelioribus tormentis fidem meam euincere: & (quod fieri omnino dubito) à Christo me separari contendite: pro cuius amore quicquid ad supplicium meum sequus imploerit arbiter, gratissimis decreui animis suppontare. Credo probabitur me inter pœnas fortioris pertinacia, quæ nunc in prima congressione, Christum Iesum confiteri.

Floræ frater impius.

Rem 10.

Math. 10.

Flora domo fugit.

Domum reuertitur.

V. FRATER autem eius ille peruersus hæc audiens, cædibus ac minis interdum, & blandis eam nitebatur reuocare sermionibus. Sed cum cernebat, nihil conatum suum proficere, quinimo se quasso aspiciens labore consumi, ad iudicem eam pertrahit, dicens: Hanc mihi fororem, ô Iudex, vltimus partus matris eiecit, quæ simul mecum ceremonias legis venerabiliter excolens, debitum semper erga cultum fidei nostræ obsequium exhibebat: sed Christiani crebro eam vigentes instinctu, vatem nostrum abnegare, ritumque detestari fecerunt, & quadam lenocinatione Christum esse Deum credere illexerunt. Quam Iudex virum se sic haberet illa de laetoris germani quæstio sciscitatur. Extemplo ipsa fratrem impium abnegat, cultumque; Mahometanum se nullatenus nouisse testatur: & adiungit: Christum ab infantia mea noui: ipsius documentis instructa sum: ipsum habere Deum decreui, ipsiq; integritatem corporis mei, eius olim thalamis oblectanda, promisi. Hæc vbi virgo sanctissima protulit, mox sacrilegum pectus iudicis furor immanis exagitat, & in egedem martyris iram ad mouens, inter vtrumque satellitem apprehensis manibus eam extendi præcepit, dicens: verbere caput eius pertundens, tam diu flagris infisit, quousque decisa cum casarie cute, os verticis nudum pateret. Perdurat nihilominus adolescens, martyr & virgo in sua confessione. Tunc Iudex semiuivam, & penè exanimem impio fratri eam delegans, admonet, vt confortata medicamine, & verbo legis in iuncta sibi demum, nisi se conuerterit, præsentetur.

Frater impius Floram accusat.

Flora in capite pro Christi confessione percussit.

VI. PERDUCTAM deinde in domum suam Christi virginem hostis, non frater, ille iniquus, domesticis eam fœminis demulcendam fomentis, & verbo committit, magnis solummodo trabibus catenatum feras mansionis obtundens. Quia ingenti maceria totius prædioli ambitus præmunitus, omnino de nulla euadendi sollicitudine quemquam arguebat. Ideoque non post multos dies, vulneribus expiata fortis Flora, cum se sospit em esse sentiret, quadam nocte per contiguum infra cortem domui hærens turgurum, celsum parietem iuuante Domino scandens, inde se foris plateali solo proiecit. Quæ nullo stimula dolore, cepit per tenebras noctis angelico comitante ducatu, quo Dominus vellet ingredi: sicque cuiusdam fidelis inter illud chaos nocturnum hospitio recreata, cum aliquandiu ibidem commaneret, deinceps præclarum Tuccitanæ vrbis viculum Ostiarum latendi petens, ibi cum forore sua vsque ad tempus, quo martyrium consummauit, delituit. Et ego, ego ille peccator, ego diues iniquitatum, qui à principio martyri sui amicitia eius frui sum, combinatis manibus meis cicatrices reuerentissimi & delicati illius verticis attritæ, quæ ictibus flagellorum virginalis coma elapsa fuisset.

In custodia astutatur à fratre.

Elabitur. Tuccitanæ vrbis fuisse vbi nunc Martos oppidum est in Beticâ docet Mart. l.

**VERVM** quia Deo fauore beatæ virginis Floræ auspicio conuersationis ac martyrij adnotatum est, operæ **VII.** pretium reor, si itidem sanctæ virginis Mariæ & martyris processum natiuitatis, primordiaque religionis edisseram. Ut quibus par fuit consensio præliandi, idemque assensus pro iustitia moriendi, consimilis extet in relatu uocationis etiam huius virginis intentio calami. Huius pater ex oppido Eleplensî non infimus prosapia, Christianus tamen huc aduentasse perhibetur. Qui ex genere Arabum coniugem ducens, totius impietatis errore eam emundans, Christi fidei consignauit. Quo propter eum eadem coniuge proprium incolere aruam non valens, per diuersa profugus agitur, quousque diuino gubernaculo ad oppidum Froniano peruenit, qui in montana Cordubensî in parte Occidentali duodecim ab vrbe milliariibus distat, vtroque pignore comitante, quod ex eî suscepterat, Vualabonso scilicet, & Maria. Ibi vitam suam pro viribus sustentarunt. Ibi mulier illa luporum erepta faucibus, in fide Christi perseuerans, post nonnullum tempus in Domino requieuit. Ibi superstes vir gradu confessoris positus, arctissimum vitæ perennis callem gaudijs oblectandis cœlestibus ingreditur. Sed puerum ecclesiasticis regulis educandum, forteque Domini admiscendum piæ memoriæ Saluatori presbytero tradidit, qui tunc piæ claro regimine sancti Felicis monasterium, quod in eo loco fundatum est, gubernabat. Sanctam vero hanc virginem Deo deuouens, Cudeclarensi cœnobio, quod gloriose & semper virginis sanctæ Mariæ genitricis Domini tulget memoria, consignauit, constituens eam apud quandam summæ sanctimonie faminam Artemiam nomine. Quæ & ipsa geminum pignus per martyrialem obitum olim cœlo promiserat, Adolphum scilicet & Ioannem, qui in primordio regni principis huius viriliter de hoste triumpharunt. Quo:um instar syderum cœli gesta micantia ad emolumentum Ecclesiæ sanctæ, & exemplum debilibus, senex & magister noster, atque illusterrimus Doctor (de quo in libro primo meminimus) beatæ recordationis & memoriæ Speraîndeo Abbas stylo latiori composuit. Artemia igitur gratia sanctitatis, prouectæq; ætatis, seu obtentu martyrum filiorum, cæteris in eodem cœnobio commanentibus tæminis antecellens, totius monasterij virginis conuentus iussu autoritatis eius intendebatur. Docuit autem puellam, sicut ipsa nouerat Deo seruire, in omni humilitate, castitate & obedientia, & timore Domini animi eius exercebat. Ad non post multum tempus prædicto sacerdote Saluatoris mundo recedente, puerum etiam ad se nutriendum pater reduxit. Qui duo futuri martyres gratia Spiritus sancti in Dei timore magnopere proficiunt. Tandem vero per gradus ecclesiasticos adolefens ille Vualabonsus succrescens, honore diaconij fungitur: pollente nihilominus in omni honestate religionis sanctimoniali puella: cum se nimia charitate diligerent, & alternanti germanitatis dulcedine in omni dilectione spiritali sibimet inuicem obediunt. Quia verò præcedebat ætate virgo sanctissima adolefcentem germanum, loco genitricis soror ab eo excolitur, & in prolis affectum commutauit fraternum amorem.

**f. Mariæ  
parentes,**

**Valabonsus  
postea mar-  
tyr.  
Saluatori  
presbytero  
educandus  
committerit  
s. Mariæ  
monasterio  
Cudeclarensi  
tradidit.  
Artemia A-  
dolphus & Io-  
annis mar-  
tyri mater  
esperandeo  
Abbas.  
Saluator  
presbyter  
mouitur  
Vualabon-  
sus diaco-  
nus factus**

**Vualabon-  
sus marty.**

**IGITUR** dum inter eos hæc assidue gererentur, dispensante Deo, leuista dignissimus Valabonsus cum beato **VIII.** Petro presbytero, seu cum cæteris confessoribus (sicut superius comprehensum est) martyrio coronatur. Et qui **IX.** vltimus erat sorori, sit primus electione martyrij. Denique remanet destituta præsentali solatio fratris Christi ancilla, quæ ante mundi constitutione ad martyrium prædestinata, intus extraque, sèper tuebatur intercessione fratris. Et (vt se habet conditio fragilis) cum crebrius fratrem suspiraret obitum, cuius in proximo fruitura erat

**S. Mariæ a-  
more mar-  
tyris flagrat.**

**Iniungitur S.  
Floræ.**

**Verba sunt  
Christi ad  
Petrum A.  
postolum vt  
in martyrij  
historia eius  
legitur.  
Matth. 18.**

**Flora &  
Mariæ iudi-  
cibus spore  
se offerunt  
per integrum  
sexennium  
a sup. sue  
tempore, vt  
cõstat ex do-  
cumento  
Martyriali,  
pag. 94. b.**

confortio, per quietem quandam sanctus martyr, quandam admonet religiosam, vt iam soror Maria pro seplorare desisteret, quoniam vicino tempore ad eum in supernis esset ventura. Ex eo die vititur cor virginis amore martyrij, & quæ fratris obitum impatienter lugebat, subito diuinitus illustrata, impatienti ardore ad martyrium anhelat. Quodam igitur die, inuitante (vt credo) Christo monasterium derelinquens, forum petitura descendit, quo sicut cæteri martyres, qui iam cælesti præmio oblectabantur, hæc quoque virgo Christum confitendo, & fidei sanctæ aduersarium repellendo; corona martyrij potiretur. Quæ dum ecclesiam beati Aiciseli martyris, in ipso adhuc itinere positam, intuitu Dominum obsecrandi intrasset, Dei nutu ibidem sanctam Floram in suffragio suo preces martyrum aduocantem inuenit. Quæ & ipsa Christo dicenti sibi, iterum venio eruci figi, rediuiui præliandi studio calcens, olim cepti martyrij palmam è loco latibuli sui alacris inuentura descendit. Tunc se inuicem datis oculis saluantes, alterno consiluitu explorant se. Et cum vnus idemque votum suum existeret mutua proderet confessio, dimidiante Christo qui dixerat: Vbi cumque fuerint duo, vel tres, in nomine meo congregati, ibi sum in medio eorum: illico indissolubili fœdere charitatis necuntur, nulla se ab inuicem occasione diuellendæ, nulla intercedente fortuna decidendæ, nullisque ab alterutro, quamuis læuissimis inminentibus casibus, disperandæ, qui ad interitum eorum pro conuersione veritatis exaggerarentur, quousque; & ista Christum, & illa in cælestibus fratrem adiret Vualabonsum. Sicque in ipso imperio iudicibus assistentes, ita firmiori alloquutione prima (vt reor) sanctissima Flora eos aggreditur, dicens: En ego illa sum, quæ pro eo quod gentilium semine precreata Christo adhæserim, dudum à vobis, vt eum abnegarem, duod verberere lacerata sum. Quæ hæcenus infirmitate carnis huc illucq; profuga delitescens, nunc iam in virtute Dei mei subnixæ, vestris ad stare non verens prætorijs, eadem, qua primum, constantia Christum Deum in veritate profiteori scelerosumque, dogmatistam vestrum pseudoprophetam, adultèrum, magam, & maleficum esse protestor. Tunc dein- de virgo venerabilis Maria diffusione cœlestium gratiarum sanctificato prorulit ore. Et ego Iudex, olim inter illos confesseffores magnificos habens germanum, qui non leui substantiatione vate m vestri infamantes occubuerunt: similibique; audacia Christum esse in veritate Deum asserens, ritum vestrum legisque; ceremonias demoniorum figmenta esse profiteor. Extemplo sœuissimus arbiter vesano concitatus furore, sub voce illa terribili fremdens, virginalè propolium asperrimo detritè t boatu: mims exprobrat: clamoribus arguit, adiiciens carceris squalorem, & contubernium scortorum.

**D Eulogiu  
in ca. re  
positus scri-  
bit ad san-  
ctas virgi-  
nes.**

**In Epist. ad  
Aluatum.  
S. Flora &  
Mariæ mar-  
tyrium con-  
tinnamant.**

**Die no-  
uembri 24:  
E Eulogius**

**S V S C I P V N T** denique; abdita carceris sponfarum Christi membra tunda magis, quam eliminanda, quæ semper pudico honestata decore ab ipsi cunabulis acta sanctimonie præpollentes, præcipua virtutum gratia reluxerunt. In quibus aliquandiu sanctæ virgines permanentes, insistunt ieiunio, orationi incumbunt, torumque; illum horrorem ergastulii cœlestium meditatione hymnorum expellunt. Tunc nos etiam ex antro deducti, cum isti carceri deputaren tur, Deo fauente ad instructionem illarum librum, documentum martyrij, condimus. Eisque iam pene à propolito suafione quorundam latentibus, in solatium meditandi & consummandi prælia inchoata, dicauimus. Conne- dentes in finem opusculi orationem suo cernamini, omnique ecclesiæ congruentem.

**IGITUR** permanentes in laudibus Dei, & sacratissima virginis, post tertiam admonitionem prosternendæ in forum educauntur. Taceam iudicis sciscitationem vicibus allatam eis, vel vna, vel sigillatim ad beatissimam Floram, sicut iam alibi digessimus. Et intuitu mediocritatis aliquid silentes, ne fastidium protractus sermo legentibus generet, mors virginum pretiosa stylum competenti sine coarctat. Inde præcipiti ducatu ad locum decollationis ductæ, iacra signacula vultibus imprimunt. Et sic extensis collis. post beatam Floram, sancta Maria prosternitur. Quorum corpora canibus deuoranda, ac volucris disperenda ibidem relinquentes, alio die in flumen proiecerunt. E quibus cadauet sanctæ Mariæ virginis & martyris, cœnobio Cudeclarensi, à quo ad martyrium descenderat, donante Deo reponitur. Cum tamè corpus beatissimæ virginis & martyris Floræ, quo situ Dominus reposuerit, penitus ignoretur. Capita vero illarum in basilica sancti Aiciseli martyris reconditur, quo præsentali corporis sui fauore populos Christianos tuctur.

**VLTIMO** tantummodo historie loco insinuare curamus, quod priusquam virgines beatæ deciderent, quibus **XII.** dam confortibus promiserunt, quod eo ipso, quo Christo coronatori suo assisterent, obtentu adeptæ gratiæ spon- sum

DE IN  
 ROMANO  
 GORII  
 ABETVR  
 ROMANO  
 ARTINUS GAR  
 GRATIANTER  
 APPROBATIONE  
 QU  
 GUA  
 MONES  
 VIRTU  
 ALT  
 VENITO ET  
 ANS, A R  
 DOLPHVS  
 HENRICO LEO  
 IX  
 X  
 XII

sum precantes, nos vinculis liberarent: quod ita Deo fautore peractum est. Nam illæ octavo calendatum Decembris martyrium consummantes, nos tertio eandem calendarum compedibus resolutos, ab squalore carceris eruerunt. Era qua supra, per Christum Dominum nostrum, qui viuit cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

carere edd  
tus  
Annus Do-  
mini Dece  
lj Noueb.  
dies 29.

DE S. ROMANO BVRDEGALENSI PRESBYTERO, EX DIVI GREGORII TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI DE GLORIA  
Confessorum Cap. 46.

AN. 318.

I. **M**ABETVR in hoc territorio & sanctus Romanus Presbyter, quem, vt scripta vitæ eius edocent Martinus noster sepulturæ locauit. Est autem sepulcrum eius contiguum Blauienti castello, super litus amnis Garonnæ, in quo sæpius naufragio perituri, virtute eius saluati sunt, proclamantes inter fluctus torrentis vndosi: Milerere nostri, sancte Romane Confessor Dei. Mox enim, sedata tempestate, oprato litore potiti sunt. Nec enim fas est, vllum petire naufragio, qui eius basilicam amnis de medio contemplari meruerit. Quod & nos in grandi necessitate experti sumus. Nam cum imber creberrimus per multos defluens dies, amnem Garonnam extra litora eiecisset, atque impellente vento validis fluctibus exundaret, eleuarenturq; fluctuum montes validi, qui non paruum intuentibus ingererent metum, exortus beatus Confessor obtinuit, sicut credimus, virtutis suæ suffragio, vt compressis fragoribus, planum præberet flumen alueum. Et sic ingressi nauem, ad ripam alteram sine periculo sumus deuecti.

24. No v.  
Ecce sancti  
inuo-atio,  
& ad inuo-  
catione ad  
xij exhibi-  
tio:

INVENTIO ET TRANSLATIO CLARISSIMI MARTYRIS S. GEREONIS, A RVDOLPHO ABBATE SANCTI TRVDONIS CONSCRIPTA  
anno Domini 1121. aut circiter.

AN. 1121.

I. **R**VDOLPHVS gratia Dei id, quod est, omnibus sanctorum martyrum pie amplectentibus memoriam, sanctorum martyrum consortium. Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo vicesimo optimo, turbatis iam ante per aliquot annos ecclesia & regno sub Imperatore Henrico, cuius pater Henricus Leodij obiit: multi Episcoporum & Abbatum, & de omni ordine & gradu clerici & monachi expulsi à suis sedibus, hac illacque ferebantur, propter communionem Imperatoris, quam vitabant: quia excommunicauerat eum dominus Papa Calixtus II. secutus in eum sententias prædecessorum suorum Gelasii atque Paschalis. Hac tempore, eademq; de causa, eoque maximè, quia Friderici Leodiensium Episcopi electioni & consecrationi faueram, expulsus sum & ego de cœnobio beati Trudonis \* Idus Aprilis, quarta feria Dominica resurrectionis cum in eo indignus præfuissem duodecim iam annos, & duos menses; & vt puto, dies quatuordecim. Susceptusque sum eodem anno misericorditer à domino Archiepiscopo Colonienfi Friderico, eiusdemque Ecclesiæ studio, & fratrum electione positus sum Abbas in cœnobio beati Pantaleonis extra muros ciuitatis octauo Idus Septembris, cum iam vacasset à quarto Calendas Ianuarij.

24. No v.  
\* Videtur  
decisse ut  
metris, aut  
certe in  
bus legen-  
dum

II. **N**ec multo post subsequentes diebus, petente quodam Dei seruo & prædicatore magno Nortberto vnum de corporibus martyrum Thebeorum, qui iacent in monasterio sancti Gereonis: apertum est vnius eorum sepulcrum in eodem monasterio, iuxta medium pilarum ad meridianam plagam, præsentibus rota nocte ad vigiliis & ad fodendum religiosis clericis, & monachis, atque Abbatibus, cum omni obsequio & reuerentia atque deuotione. Inter quos & ego peccator mandatus ad fui. Eleuat oergo superiori lapide de sarcophago, post octingentos & aliquot plures annos martyrij Thebeorum, inuentum est in eo corpus magnum, per scapulas amplum, per pectus brachia torosum, indutum chlamyde militari coloris purpurei: quæ ampla vtrinque vestis appendebat vsq; subter genua eius quasi tribus digitis, genus pallæ non ignobilis. Super eam aliam habebat vestem breuiorem, ignotam quidem nobis nomine, sed cognitam filo serico, & colore nobilioris purpure. Subtus ad carnem nihilominus vestis serica, albi maximè coloris, sed tamen subrubea. Corpus totum intactum adhuc videbatur à mento, quod tantum de capite supererat, vsq; ad pedes, indissoluta adhuc superficie vestium, caligarum atque calceorum. Nam vt conijcere mollities fuerat, aliquantulum, modeste tamen subsederat: quam vestis subsēcuta, indissoluta permanferat. Tali suppreffione, pectus & ossa femorum videbantur magis turgere. Supra pectus illius, signum Dominicæ Crucis inuentum est de aurifrigio factum, sicut considerari potuit, submicantibus adhuc in eo auri metalli scintillis. Aurifrigij longitudo penè vnius pedis extiterat, latitudo vix vnius digiti.

Monasterij  
S. Gereonis  
hodie colle-  
gium Cando-  
norum:  
Nota de in-  
uento cor-  
pore:

III. **A** genu eius vsque ad pedes, tibiæ ex directo & integro decenter compositæ, habentes adhuc caligas integras de palla, rotundis floribus ad modum oculorum caudæ pauonis circumquaque distinctis. In ipsis subalaribus iunctis sicut prima die, & à talo sursum erecti pedes adhuc continebantur: & quantum ad superficiem vestis, nihil de toto corpore videri poterat, quod adhuc corruptum siue commotum vnquam fuisset. Sub vestibus tamen, sicut postea exitus probauit, ipsa caro iam profusa in cinerem resoluta fuerat cum ossibus, exceptis paucis de maioribus: sed fauillæ superextantis incommota integritas, carnis quoq; integritatem oculis admirantium figurabat. O quam gloriosum erat, videre magnanimi militis Christi venustam formam, magnificeque vestitam, & quasi viuentem adhuc viribus plenam: cuius caput si sub simili corporis incorruptione adisset, dormire eum potius, quam mortuum, crederes. Ad caput eius cæspes erat gramineus locatus, à capite vsque ad cingulum, ab vtraque parte laterum, inter corpus eius & sarcophagum. Qui cæspes, immo qui cæspites (nam plures fuerant) sanguinei tori adhuc erant, sicut perfracti in terra fuerant fluente sanguine martyris, quando percussus in terram cecidit.

Nota hoc  
de signo  
Crucis Do-  
minicæ cõ-  
tra impios  
hostes illius

IV. **S**ed & in aliorum trium martyrum sarcophagis, hæ occasione apertis, in eadem magnalia Dei vidimus. Pili herbarum in ipsis cæspitibus adhuc rigeant, sicci tamen, sed concreto sanguine integri & rubei tenebantur. Testes mihi sunt ipsi martyres, quia propria, sed indigna, manu tenui, oculis propriis adpexi, & aliis videre porrexerim, ipsi quoque domino Episcopo astanti, multumq; præ gaudio & deuotione lachrymanti. O quantum studium, quantum Christi amor, quanta deuotio fidelium tunc temporis Christianorum, qui in tanta persecutione nec ipsos sanguineos cæspites tollere neglexerunt. Quid moror? Ista nocturnis horis acta sunt, sub magna quidem religioforum virorum & fletu & cantu. Manè facta, cum res tam gloriofa & desiderabilis audita fuisset à ciuibus, & ostensa pluribus illorum, (nam apertum tantum sarcophagum pallatantum tegebatur) tota ciuitas statim infremuit, clamantes se malle mori, quam tanto thesauro, tanto patrono priuari. Erant etiam inter eos, qui corpus inuentum, ipsum esse sanctum Gereonem dicebant, propter habitum venustatē & corporis formositatem. Vnde maior & maior fiebat tumultus in populo, contradicebaturq; ab omnibus domino Nortberto. Vix tandem sedatus est tumultus, Præposito sanctæ Matæ Theodorico de Gradibus pulpitem ascendente, & populum mitigante;

Vide res ad-  
mirandas.  
Obserua la-  
stor pisco-  
rū Christia-  
norū deuo-  
tionem.  
Sarcophaga-  
rum dicit  
neutro ga-  
nere.